



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Eidem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

teriam ministrabunt. Licet autem ex iuncto tibi praefulatus officio in corrigen-
dis subditorum excessibus iurisdictionem
obrineas generalem, ut tamen auctorita-
te mandati nostri tuae provisionis officium
liberius exequaris, fraternitati tuae, de
qua firmam fiduciam gerimus, per ap. sc.
m. q. tam circa viros religiosos quam
etiam Clericos seculares tuae jurisdictioni
subjectos corrigas app. re. que videris
corrighenda, statuens ad reformationem
iporum quod regulare fuerit & hone-
stum. Dat. ut in alia.

E I D E M.

Epiſt. 155.
Datur illi po-
testas refor-
mandi mona-
steria sua dia-
ceseos.

Licet Ecclesiarum omnium cura no-
bis immineat, pro monasteriorum ta-
men statu specialius nos oportet esse sol-
licitos, ne forsitan in ipsis religionis obser-
vantia dissolvatur, quam nostris tempore-
ribus Domino diponente plantare cupi-
mus & fovere. Sanè sicut nostro est apo-
stolatui referatum, in monasteris & aliis
locis religionis dioecesana tibi lege subje-
ctis in viatu, vestitu, conversatione, ac
multis aliis gravitas negligitur regularis,
& multa gravia committuntur ibidem,
quæ cedunt non solum in animarum dis-
pendium, sed etiam scandalum pluri-
morum. Fratres præterea locorum ipso-
rum contra sua professionis propositum
retinere propria non formidant. Cum
igitur hæc, si vera sint, relinquiri non de-
beant incorrecta, fraternitati tuae, de
qua certam fiduciam obtainemus, per ap.
sc. m. q. super his & aliis inquisita
pleniū veritate corrigas app. re. quæcumque noveris corrighenda, statuens ibi-
dem quod regulare fuerit & honestum.
Datum Romæ apud S. Petrum X V.
Kal. Decemb. anno decimo.

E I D E M.

Epiſt. 156.
De unione
monasteriorū
Vallis profun-
dae & de Gif.

Adures nostras noveris pervenisse
quod monasterium Vallis profundæ
in tua diocesi constitutum tanta rerum
temporalium egestate gravatur ut foro-
res ejusdem loci nequeant de bonis ipsius
monasterij sustentari, propero quod inter-
dum, instigante humani generis inimi-
co, pro necessariis acquirendis quadam
minus licita immo gravia committere non
verentur. Quocirca fraternitati tuae per
ap. sc. m. q. si est ita, monasterium
ipsum auctoritate nostra suffultus, sublatu-
cujusli. contrad. & app. ob., monasterio
de Gif tuae dioecesis, quod pari necessi-
tate laborat, adjungere studeas & unire.

Datum Romæ apud S. Petrum X I I I .
Kal. Decemb. anno decimo.

E P I S C O P O P I C T A V E N .

Ex insinuatione dil. fil. I. scolaris nos
noveris accepisse quod olim mater
sua in ipsius partus multis angustis fatigata
vomit Dominino quod quacumque

Epiſt. 157.
Vt I. ad sub-
diaconatus or-
dinem promo-
veat.

que prolem suscipere, eam in fortē
dominicam depuraret, qua volens post-
modum adimplere promissum, eundem
I. fecit imbuī litteralibus documentis &
artibus liberalibus erudiri. Verum idem
I. à materna non discrepans voluntate,
cū minores ordines fuerit asecutus, à
te instanter petiit ut eum in Subdiaconum
promovere. Tu verò, licet habeat patri-
moniū de quo potest congruē sustentari,
& quidam ejus consanguineus ad ordina-
tionem centum solidos annuos sibi fuerit
paratus conferre, sicque honorificè va-
leat vivere de prædictis oblatis tamen pre-
cibus acquiescere recusasti. Nos autem
pium ejus propositum attendentis f. t.
p. ap. sc. præc. m. q. si est ita, dum-
modo sit idoneus, promovere ipsum ad
subdiaconatus ordinem non postponas.
Datum Romæ apud S. Petrum V I I I .
Kal. Decemb. anno decimo.

C I V I B V S E T V N I V E R S O
populo Dertusensi.

Ad nostram audientiam ven. f. n. G.
Dertusen. Episcopo significante
pervenit quod cū pro eo quod decimas
& primicias ad plenum solvere solebatis,
olim vos excommunicationis sententia
subjicisti, in contemptum excommuni-
cationis ipsius in cimiterio Ecclesiæ præ-
sumpsisti ferè centum corpora deceden-
tium sepelire. Postmodum autem super
ipis decimis & primis iustitia mediante
pro eodem Episcopo sententia promul-
gata, promisisti vos mandato Ecclesiæ
parituros interposito juramento. Verum
ab eodem Episcopo postmodum absoluti,
sicut mandaverat, sepulta corpora extu-
mulare curasti, volentes contemptum
pristinum taliter expiare. Sed procedente
tempore aliqui vestrum conversi retror-
sum, & devotionem ostensam in odium
deducentes, in suarum perniciem anima-
rum, ad suggestionem fratrum hospitalis
Hampoltæ, apud eodem, Ecclesiæ me-
morate cimiterio derelicto, præsumpe-
runt cum interpolatione fidei eligere se-
pulturam; per hoc ipsi Ecclesiæ nitentes
laetionem inferre. Tandem quidam ex eis
ad

Epiſt. 158.
Horatutus
ur Ecclesiæ
Dertusensem
reverentur.